



omnia que sunt de integritate ipsius. et ideo mutilare seipsum est contra caritatem quam quilibet tenet habere ad seipsum. Secundo sic Homo sicut est pars communitatis. si inferre sibi nocivum per mutilationem est agere contra commune bonum. Tertio Deus est institutor nature instituendo membra eius et ideo mutilans seipsum agit contra deum. Tertia conclusio quod in casu licitum est vicem ex precepto dei occulto quod dicit institutor spiritus sancti. Pars conclusio. quod deus est auctor nature et dominus vite et mortis humane. et per consequens omnium membrorum. et ideo si precipit homini sibi auferre vitam vel membrum aliquod non solum licitum sed etiam debent est hoc fieri. Et hoc modo dicit sanctus Thomas in secunda secunde quod clxxxvij. ar. ij. quod credibile est quod beatus Marcus hoc quod digitum sibi amputavit ex instinctu spiritus sancti fecit. sine quo non licet alicui sibi manus iniungere. Hoc idem sanctus Thomas ponit in secunda secunde. quod lxxij. ar. vij. Dicit Augustinus. de civitate dei quod non Samson aliter excusatur quod seipsum cum hostibus ruina domus oppressit. nisi quod latenter spiritus sanctus hoc iusserat. quod illi miracula faciebat. Et eandem rationem assignat de quibusdam sanctis feminis que tempore persecutis seipsas occiderunt. de quibus ecclesia memoriam facit. Ad idem in primum. Ad primam de sancto Marco. Et de Samson patet ratio ex dictis. Ad tertiam videtur negando frequentiam. Et ratio est quia illud assumptum in maiori videtur dicit sanctus Thomas. est intelligendum quod non aliter proferri non potest. quod saluti spirituali semper potest aliter subveniri quam per membrum secessionem. quod peccatum subiacet voluntati. et ideo in nullo casu licet membrum abscindere propter quodcumque peccatum vitandum. Et Crisostomus exponens illud Adath. primum. Sunt eunuchi qui seipsos castraverunt propter regnum celorum non dicit membrum abscissione. sed malax cogitationum interemptio. maledictio est obnoxius qui membrum abscindit. et ea que homicidarum sunt talis presumit.

**In festo beati Petri martiris de ordine predicatorum.** Est evangelium. Si quis vult post me esse. Mat. xvij. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Prima. Ut ad consecutionem eterne beatitudinis sit necesse se abnegare semetipsum et tollere crucem suam et sequi christum. Secunda. Ut beatus Petrus martyr dicat triplici aureola dotatus.

**Ad primam questionem qua queritur. utrum ad consecutionem eterne beatitudinis sit necesse abnegare semetipsum et tollere crucem suam et sequi christum.** Et videtur quod non. Primo sic. Ad consecutionem vite eterne necesse homo debet diligere semetipsum. si non abnegare. consequentia videtur bona. quod ista duo videntur esse contraria. antecedens est manifestum quod si diligere primum cadat sub precepto et illi diligere debet sicut seipsum. si sub precepto cadit ut quis seipsum ex caritate diligat. Secundo sic. Dicit ad Eph. v. Nemo unquam carnem suam odio habuit. nam homo naturaliter diligit vitam suam corporalem. si ad consecutionem eterne vite non est necessarium abnegare seipsum. Tertio sic. Adath. xj. dicit Jugum meum suave est et onus meum leve. hoc non videtur stare cum hoc quod oporteat sumere crucem ad consecutionem vite eterne. In oppositum est evangelium per Crisostomum dicendum quod vera est sententia domini. Tria enim sunt ut dicit Crisostomus ad eundem per christum. Primum est abnegatio sui ipsius secundum partem sensibilem. id est